UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

in denen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, geschehen ist, In einer ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1736

Subadjunct. N.I. Designatio Locorum Restituendorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51459

Visual Library

1649. Majus. *ART. XII. §. 9. vers. Tenenantur*, ſancitum reperitur. Ea vero, quæ ad Satisfactionem militiæ Sueciæ pertinent, nullum reſpectu Regis Chriſtianiſſimi, ſortiantur effectum. Quodſi verò Imperator autoritate ſua apud Regem Catholicum, ut Frankenthalium in tertio, quo collocatum eſt, termino, Domino Carolo Ludovico S. R. J. Electori reſtitueretur, tunc temporis nondum effeciſſet, pro ſecuritate tamen Domini Electoris Sacra Cæſarea Majeſtas eidem conſignabit N. tamdiu poſſidendum & detinendum, donec Frankenthalium ipſi reſtituatur, quem in finem Imperator, prout hactenus, ita & in poſterum, apud Regem Catholicum omnem operam impendet atque autoritate ſua efficiet, ut quamprimum reſtituatur. 1649. Majus.

4) Siquæ loca reſtitutioni obnoxia in ſupra memorata Deſignatione nominatim expreſſa non ſint, ea nihilominus, ubicunque ſita ſint, cum aliis reſtituantur; Interim autem fiat deſcriptio mobilium in locis reſtituendis exiſtentium, juxta leges Pacis, vel reſtituendorum vel exportandorum, in præſentia utriusque Partis Commiſſariorum.

5) Ex capite Amniſtiæ & Gravaminum nondum reſtituti, ſive Catholici ſive Auguſtanæ Confeſſioni addicti, quatenus Factum Poſſeſſionis Anno 1624. in caſibus Inſtrumento Pacis clarè comprehenſis, per Documenta & Teſtes in continenti docebunt, per Commiſſarios Executionis, juxta arctiorem exequendi modum, ſine mora reſtituantur. Nec tamen Evacuatio Locorum & Exauctoratio Militiæ propterea ullo modo differatur aut impediatur.

6) Hæc omnia & ſingula, certò & infallibiliter obſervatum atque executioni demandatum, iri utriusque Partis Plenipotentiarii, vigore ſuorum Mandatorum hinc inde commutatorum, verbo Imperatorio Regioque, nec non ſub obligatione Generalis Guarantiæ in Pace Monaſterienſi *Artic. 13.* ſancita promittunt, & in horum omnium & ſingulorum fidem præſens Tranſactionis Inſtrumentum, manibus ſigillisque propriis ſignârunt. Acta ſunt hæc Noribergæ die - - menſis Junii Anno 1649.

Adjunctum N. I.

Deſignatio Locorum reſtituendorum in PRIMO TERMINO.

Ex parte *IMPERATORIS.*	Ex parte *REGIS CHRISTIANISSIMI.*
Lindavia.	Moguntia.
Auguſta Vindelicorum.	Binga.
Memminga.	Heilbrunna.
Ratisbona.	Schorendorff.
Hohen-Asberg.	Höchſta.
Wildenſteinum.	Hofheim, Caſtrum.
Hohenzollern.	Neoburgum.
Rothweilum.	Germersheimum.
Offenburgum.	Neoſtadium.
Aſchenberga.	In Auſtriacæ Domus Ditionibus.
Schilddacum.	Fridelsheimum, Caſtrum.
Hornberga.	Oppenheimum.
Auracum.	Alzei.
Heidelberga.	Bacchi Ara.
Manheimum.	Utzberga Caſtrum.
Ladeburgum.	Diedesheimum.
Bercken.	Madeburg, Caſtrum.
	Schomburg, Caſtrum.

1649. Majus. 1649. Majus.

Ex parte *IMPERATORIS.*	Ex parte *REGIS CHRISTIANISSIMI.*
	Lauginga. Erbacum, Caſtrum. Hohenrechberg, Caſtrum. Mompelgardum, Comitatus.

Cum Domina *LANDGRAVIA HASSIÆ* juxta Pacem conventam *ART. VI. §. 7.* teneatur, ratificatione Pacis ſubſecuta, præter loca ſecuritatis cauſa eidem relinquenda & poſt ſolutionem demum reſtituenda, reſtituere omnes Provincias & Epiſcopatus, nec non illorum Urbes, Præfecturas, Oppida, Fortalitia, Propugnacula & omnia denique bona immobilia, nec non Jura inter hæc bella ab ipſa occupata: Hæc itaque reſtitutio in primo hoc Termino fiat, una cum exauctoratione militiæ ad eandem Dominam Landgraviam ſpectantis, eodemque primo termino Dominus Elector Colonienſis loca à ſe poſſeſſa pari paſſu evacuabit.

Deſignatio Locorum reſtituendorum in SECUNDO TERMINO.

Ex parte *IMPERATORIS.*	Ex parte *REGIS CHRISTIANISSIMI.*
Weiſſenburgum. Wiltzburgum. Rotenburgum. Ehrenbreitſtein.	Treviris, Urbs & Propugnaculum. Boxbergum, Caſtrum. Spira. Crucenacum. Luſſenich, Caſtrum. Sarapons. Tabernæ Alſatiæ. Dachſteinum. Rhenifelda. Aubar, Caſtrum. Lauffenburgum. Seckinga. Waldshutum. Hohentwiel. Tubinga. Heidenheimum.

Deſignatio Locorum reſtituendorum in TERTIO TERMINO.

Ex parte *IMPERATORIS.*	Ex parte *REGIS CHRISTIANISSIMI.*
Omnia Præſidia Cæſarea, quæ tam in Weſtphalia quam Saxonia Inferiori, cujuscunque tandem ſint nominis, reperiuntur. Frankenthalium. Hammerſteinum. Homburgum. Landſtuhl.	Stollhoffen. Graben, Caſtrum. Colmaria. Schletſtadium.

§. XXII.